

tuis, et ipso possessore item sine scrupulo, si quã in re
utilem ejus tibi operam duxeris, est enim, neque donec
erit esse desinat.

Amplissimæ ac Doctissimæ Viri

Totus tuus.

18. Dec. 1687.

Nicolaus Heinsio.

(462)

Rogo te, Vir amice, ut hunc fasciculum, sicut tuã sponte
recepisti, Clarissimo Hægo Gronovio tuto reddendum cures.
Parum est immane volumen Poematum meorum veruacu-
lorum, quod, tanto viro exhibere audeo, officii potius
causã, quam quod ipso Lectore dignum existimem.
Sed membranulis Manuscriptis, quas amico selegisti, et
ego his inclusi, doleam sinistri quid accideret. Expectant
te Casares mei, quibus inopinato elapsus es. Interim
prudens Minervã capere plerosque in ordinem redigere,
ne diutius te mares, quam necesse sit, vel mereantur
tot mali nummi. Tuos tamen sollicitè collectos cupiam
inspicere, et admirari, nisi gravior sarcina sit, quam
quod facile transmittetur. Si quis item Amstelodami
reperiatur, qui de pene Æreo, quibus carere possit, supplex
velit agestatem meam, ut majorum nummorum
seriem continuam unam et absolutam, experiri libeat, quo
prætio inter nos conveniri possit. Tibi si quis ejusmodi
homo occurrat in magnã Urbe, omnium bonarum rerum
horreo, peto mei memores. De Exemplaribus Poematum
quod tibi destinatum est, hic te expectabit. ajunt enim
brevis te huc reversurum, et obstat Bibliopægorum
sequitibus quo minus debitum hoc meritissimo tibi citius
persolvam. Vale Vir præstantissimè, et me ama.

IX. Cal. Jan. CXCCLVII.

Tuus toto animi affectu.

Frederico de Masselaer.
Domino de Park
Bruxellam.

Nobilissime Domine.

(463)

Scribo hæc ad te infirmã, et adhuc penè vacillante manu
a gravi morbo, qui totos me duos menses lecto, totos
tres domui inclusit. Facit hoc ut pauculis te compellem
et oblato quod vides inmensò volumine, cujus nimirum
debiti reus, à te discessi, hoc unum rogem, ut in eorum
censu admittere me digneris, qui et virtutem tuam perspexerunt
et eruditionem in illã fortunã longè rarissimam
estimare

astimare norunt quanti debent, amicitiam verò cultus
sunt constanter quamdin̄ sinceris. Vale vir eximie
et me ama. Hag: Com: X. Kal: Feb: C1D1DC LIIIX.

Observantissimus tuus
(464)

Ant: Thijssio.

Nihil est vir Doctissime, quod magis me volente fia
quam ut interesse Gratulationi publicae possim, ad
quam per humane me inuitas. Id cum obvencu res
non meae potestatis, in eundem illum crastinum tu
iacidentium sperare veter; superest sanè me perinu
ut quem audire de suggestu non licet, in charta videat
cujus boni ut quamprimum compotem me interced
doctrinae tuae astimatores, reddas, valde cupio et te
valere Haga Com: X. Nov: C1D1DC LIIIX.

Thijssio Rectori
Magnifico Ledam.

Amplissime Doctissimeque vir.

(465)

Hactenus expecto literas, quas ab Academia ad Illust
simum Marchionem de Newcastle datas iri, in te
recepisti. Ea res si nondum est confecta, rogo te ut
quamprimum expediatur. Intelligis nimirum me
interesse, ut fidem liberem. Vale vir eximie et me
ama. Hagae: II X. Kal: Dec: C1D1DC LIIIX.

Ant: Thijssio.

Non est ille incertus rumor, vir Amplissime, quem
apud vos increbuisse narras, de instante Principi m
adventu in vestram Civitatem et Academiam. Un
non intercedit inter hunc diem et illam veritatem
Proas, deo favente presentem se vobis sistet, comitat
utraque Principe Matre et Ania. Cui εἰσαγωγῆ
quando me quoque interesse, et muneri mei ratio
postulat, et Principum mandata, sperare licet tant
lunus otii superfuturum, quo de quassito illo tuo, per
epistolam paucis colloquamur. Gratam interim Pr
pibus esse tuam et omnium bonorum in angusta
domum propens am voluntatem, nihil est quod amb
Vale, Haga Com: III. Non. Nov: C1D1DC LIIIX.

Thijssio